

3. Quod spiritus sanctus discipline effugiet fictum, ministerium tamen eius non
deseras. Quomodo ergo in libro sapientiae scriptum est: spiritus sanctus
discipline effugiet fictum, et auferes te a cogitationibus, quae sunt sine
intellectu? Defensor. Hoc beatus Augustinus contra Parmenianum dona-
listam ita exponit: Quod autem scriptum est, spiritus sanctus discipli-
ne effugiet fictum, ita intelligendum est, ut desis saluti eius, mini-
sterium, tamen eius non deseras, quo per eum salutem operatur
aliorum. Unde dicit apostolus: si enim volens hoc facio, mercedem
habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est; hoc si dicat:
illis prodest, quibus hoc dispenso, non mihi, qui fictus sum. Quod spiritus
sanctus ministerium fisci sacerdotis non desit, aliud mihi exhibe testimonium.
Defensor. Idem Augustinus in expositione catach. Iohannem, ubi Dominus
baptizatus est, latius ex eo apertiusque disputat. Ordinatio igitur, quam
papa Formosus fecit, quod rata et legitima sit, recte intelligentibus
ecce partum habetur. Nunc age dic, quibus documentis vel qua au-
toritate praefatum ordinationum subvertere niteris, et quod esset
deterius, in eodem gradu iterum consecrare non formidas? Inf.
Rursum quod falsum esse decernitur, destruendum est. Propterea ordina-
tionem illam destrui oportet, quia falsa est, et ordinatum, quae vera
esset, unicuique prout ratio postulat impertiri studemus. Def. Video
te pueri certamine ad ea, quae iam discassa sunt et testimoniis con-
probata, impudenter recurrere, quod ideo quasi securus agis,
quia deest iustitiae censor. Adest tamen Graecae rationum: ve
qui dicunt bonum malum et malum bonum, ponentes tenebras
lucem et lucem tenebras, ponentes amarum dulce et dulce in amarum.

effugiet l.
ei l.

ita l. per ipse expandit
ei super scriptum vel eum.
deest eius 3.
in 3. p. 4. 6. 6. 6.
de tamen non def.
operet 3

deest 3.
fictus

acta in 3

in scriptum 3.
in scriptum 3.
formidat 3.

dupl. 3.